

FLORA.

N^o. 22.

Regensburg.

14. Juni.

1845.

Inhalt: Krauss, Pflanzen des Cap- und Natal-Landes. (Fortsetzung.) — Beilschmied, kleinere Beiträge zur Kunde der schwedischen Flora. — Herold, Taschenbuch der deutschen Flora.

KLEINERE MITTHEILUNGEN. Schlossberger und Döpping, Bestandtheile der Pilze. Calvert, Indig in *Limodorum Tankervilleae*. Göppert's Uebersicht der fossilen Pflanzen. Bennett, Kryptogam in dem Auswurfe und den Lungen bei Pneumothorax.

Pflanzen des Cap- und Natal-Landes, gesammelt und zusammengestellt von Dr. FERDINAND KRAUSS.

(Fortsetzung.)

Restiaceae R. Br.

Restio tetragonus Thunb. — Ad rivulos infra mont. Tafelberg, Julio.

R. callistachyus Kunth. — Ad rivulos mont. Winterhoek, Uitenhage, Aprili.

R. vaginatus Thunb. (= *R. pseudoleptocarpus* Kunth.)* — In summo mont. Tafelberg, Majo.

R. Garnottianus Kunth. — In uliginosis ad rad. orient. mont. Tafelberg, Sept.

R. ferruginosus Link. — Ad rivulos infra mont. Tafelberg et Dnyvelsberg, Julio.

R. curviramis Kunth. (*R. tenuis* in schedulis scriptis.) — In Kloof inter mont. Tafelberg et Leuwenberg, Majo.

Restionis speciem novam Capensem vide in nota.**)

*) *Restio pseudoleptocarpus* Kunth. Enum. T. III. p. 399. ipsissimus *R. vaginatus* Thunb. esse videtur, quem inter dubias (a se non visas) Kunthius enumerat. Etiam *R. callistachyus* Kunth. ab *elongato* Thb. vix differre videtur.

***) Restionis speciem pulcherrimam novam (saltem in Kunthii Enumeratione non obviam nec a Thuenbergio descriptam) e promontorio b. spei oriundam communicavit Baro de Ludwig, cujus descriptionem hic addo:

Restio egregius Hochst. (Inter trigynos militat, prope compressum *Rotth.* et spinulosum *Kunth.* locandus). — Culmo elatus, validus, teres vel subcompressus, ramosus, olivaceus, laevis; vaginae arctae, pollicares

Hypodiscus aristatus N. ab Esenb. (= *Restio aristatus* Thbg. vide Lindley Introd. ed. 2. p. 450.) — Ad latera mont. Duyvelsberg, alt. 1000', Julio.

n. sp. *H. duplicatus* Hochst. (*Restio aristatus* var. β . in schedulis scriptis) — *Schoenus aristatus* Steud. non Thbg. in Flora 1829, p. 135. Scirpus n. 113 b. in pll. Ecklonii ab Un. itin. editis).

Culmi pedales, dense caespitosi, simplices, olivacei vel ex olivaceo et ferrugineo punctato-variegati, teretes, vaginis plerumque duabus pollicaribus sulcato-striatis cuspidato-mucronatis praediti, apice spicas 2—3 alternas (rarius unicam) gerentes; *spicae masculae* ovato-globosae (fere duplo minores quam in priori specie), basi bractea rigida lanceolata aristata supereminente stipatae; squamae plurimae ovatae arcte imbricatae, extus atratae, dorso elevato-punctatae, margine albae, apice cuspidato-aristatae (aristis patulis), inferiores vacuae, superiores fertiles; perianthium compressum hexaphyllum, sepala duo extima lateralia navicularia glabra (etiam

vel paulo longiores, subcutae, brunneae; rami subcompressi, elongati, erecti; inflorescentia plantae masculae subdichotoma terminalis, spicae in ramulis compressissimis alternatim sessiles, ovatae, semipollicares, compressiusculae, dilute castaneae, nitidae multiflorae, e squamis ovato-lanceolatis, convexis, tenuiter multinerviis, in mucrone validum acuminatis compositae; flosculus squama sua paulo brevior, sepala exteriora chartaceo-membranacea, duo lateralia naviculari-carinata, carina glabrata, tertium planum, tria interiora paulo breviora hyalina; stamina tria antheris inermibus. Plantae foemineae inflorescentia spicata; spicae (spiculae) 2—3 alternae, pollicares, erectae, ovatae; squamae ovatae, valide aristato-mucronatae, brunneo-subcastaneae, striatae; perianthium hexasepalum, semipollicare, persistens; sepala rigide chartacea, dilute spadicea, nitentia, extima duo lateralia carinata tertiumque planum plurinervia, tria interiora paulo breviora subnervia; stylus tripartitus, stigmata villosa; capsula bilocularis. (Hochst.)

Sequitur altera Restiacearum nondum descripta species, quam habeo e Cap. b. spei a Dno. Barone de Ludwig benignè communicatam nec non a Drège lectam.

Calopsis neglecta Hochst. (Drège pll. Cap n. 68. *Restio neglectus* Klotzsch. in herb. reg. Berolinensi). — Bipedalis vel altior; culmi subdichotome ramosi ramique teretes olivacei, densissime papilloso (sublepidoti); vaginae remotae, arctae, pollicares vel breviores, nervoso-striatae, fuscae, inferiores punctis lepidotis inspersae. sub apice hyalino-membranaceo arido bifido, saepissime lacerato vel in lanam soluto, mucronato-aristatae; rami steriles, si adsunt, ramosissimi et foliosi ut in *C. paniculata* Beauv., vaginulis apice lanatis; rami fertiles elongati, solitarii stricti; inflorescentia spicata vel subpaniculata, spiculis 5—20 composita; spiculae ovatae vel ovato-oblongae, 4—5 lineas longae, dilute castaneae, multiflorae; squamae in spiculis masculis ovatae, acuminato-mucronatae, patulae, perianthium squama paulo brevius, sepala duo extima lateralia navicularia, aptera, spadicea, glabra, tertium et tria intima concaviuscula, pallidiora, aequalia; stamina tria antheris subacutis; spiculae foemineae similes, squamae tamen brevius acuminatae et flosculi squamam aequantes, perianthium maris, ovarium trigonum, dilatatum, stylis tribus distinctis. (Hochst.)

Prope accedit haec species ad *C. triticeam* Kunth. (*Restionem triticeum* Rottb.) sed optime differt spiculis et flore.

ad carinam), caetera plana, omnia chartacea, dilute ferruginea, acuta; stamina tria, filamenta elongata, antherae brevissime apiculatae. *Spicae foemineae* conformes, sed uniflorae, squamis omnibus praeter supremam vacuis; flosculus stipitatus, sepala sex stipitem cingentia biserialia, plana, membranacea, albida, disco hypogyno breviora; discus globosus aurantiacus, superne margine crenulato duplici (hinc nomen specificum *H. duplicatus*) eleganter decorato; ovarium disco insidens, oblongo-cylindricum, stigmatibus duobus validis villosissimis terminatum.

Ad latera montis Duyvelsberg legit Dr. Krauss. Habeo eandem plantam a Dno. Barone de Ludwig benigne communicatam et ab Ecklonio lectam (sub. n. 113 b. ab Un. it. editam).

Planta non rara in Cap. b. spei, sed ab auctoribus varietatis loco *Restioni aristato Thbg.*, ut videtur, adscripta. *Restio aristatus Thbg.* ipse vix dubie Hypodisci species altera, quamvis repugnante Kunthio (vide Enum. T. III. p. 481. — Neesius vero ad Hypodiscum suum verbis expressis citat *Restionem aristatum Link.*). Florem foemineum quidem *R. aristati Thbg.* non vidi, nec Kunthius vidit, sed planta mascula a mare novae speciei a me descriptae, habitu simillimae, culmo plerumque monostachyo, spica duplo majori, nec non flosculi masculi sepalis lateralibus dorso ciliato-hispidulis et antheris longius mucronatis differt, ut de differentia specifica dubitari non possit. (Hochst.)

Calopsis paniculata R. Br. — Ad rivulos mont. Winterhoek, Uitenhage, Aprili, et ad ripas fluvii Palmiet, Zwellendam, et prope Tulbagh.

C. triticea Kunth. (*Restio glumaceus Klotzsch.* in schedulis). — In argillaceo-arenosis in Zitzikamma, Martio. — Novam hujus generis speciem vide in nota *Restioni* generi addita.

Thamnochortus scariosus R. Br. — In arenosis planitiei capensis, Sept.

Th. dichotomus Kunth. (*Restio cernuus Thbg.*) — In arenosis planitiei capensis, Jul.

n. sp. *Th. striatus Hochst.* (*Th. elongatus* in schedulis scriptis). — Culmus simplex, teres, striatus (praesertim in parte inferiori), validus, 3—4-pedalis, multinodis; vaginae arcute circumvolutae, acutae vel acuminato-mucronatae, striatae, 1½-pollicares, brunneae; panícula simplex, spicaeformis, quinquepollicaris, (in planta foeminea — mas latet); paniculae rami pauci, breves, triquetri, appressi, subtristachyi, pars superior omnino spicata; spiculae alternae, obovatae, 6—7 lineas longae, sessiles, multiflorae; bracteae spiculis subduplo breviores, brunneo-atrae, squamae spadiceae, late lanceolatae, acuminato-mucronatae; flosculus squama vix brevior, compressissimus; perianthii sepala exteriora acuta, duo lateralia navicularia, carinae ala lata prominente, tertium angustius, longitudine aequale, lanceolatum, planum, tria intima paulo breviora, inter se aequalia, obtusa, omnia dilute spadicea; ovarium

compressum, subrotundum, stylo longo plano, altero latere villosio terminatum. (Hochst.) — Nulli descriptorum valde affinis, nisi spicigero *Kunth.* *) — Inter frutices planitie capensis, Junio.

Bocckhia striata *Kunth.* — Inter saxa in Langekloof, George, Martio.

Elegia racemosa *Pers.* (m. et f.) — Ad latus occidentale mont. Duyvelsberg et in pl. capensi, Junio.

E. thyrsefera *Pers.* ? mas. **) (*E. Kraussii* *Hochst.* in schedulis scriptis). — Ad latus mont. Winterhoek, Uitenhage, Majo.

E. parviflora *Kunth.* — Ad latus orientale m. Hottentotts-Holland, Nov.

E. verticillaris *Kunth.* foem. — Ad ripas fluvii Bott prope Genadenthal, Zwelldam, Decembri.

Eriocaulaceae Mart.

n. sp. 375. *Eriocaulon africanum* *Hochst.* — Ad fluv. Um-gani prope Pieter-Mauritzburg, Natal, Septembri. — Acaule,

*) *Thamnochortos* inquirenti de speciebus aliquot *Kunthianis* elimitandis lux mihi affulsit. Ad genus *Cannomoin* *Beauv.* pertinent *Thamnochortos* robustus, virgatus, strictus et scirpoides *Kunth.* — sunt plantae masculae, a plantis masculis *Th. dichotomi* *R. Br.*, argentei *Kunth*, scariosi *R. Br.* aliisque veris *Thamnochortis* spicularum natura et inflorescentia longe alienae. Dregeus bene ad *Cannomoin* cephalotem *Beauv.* (foemineam) sub nr. 1606 pl. exsiccatarum tanquam marem associavit illam plantam, quam *Thamnochortum* robustum fecit celeberrimus *Kunthius*. Certissime conjungendae sunt, nec *Th. virgatus* (*Restio virgatus* *Rottb.*) alia planta esse videtur. Non differt ex descriptione *Kunthiana* *Th. robustus* a virgato nisi spiculae squamis acuminato-mucronatis, quae in *Th. virgato* obtusa mutica dicuntur, sed contra *Rottboellium*, qui depingit et describit mucronatas (apud *Thunbergium* error graphicus squamas obtusas protulise videtur; citat enim nec corrigit *Rottboellium* et spicas ovatas *acutatas* appellat, quas e squamis acutis, non obtusis, derivaveris). *Thamnochortus* strictus *Kunth.* manifeste eadem planta ac *Cannomoin* simplex *ejusdem*, quae foemina, ille mas. Si culmum et vaginas accurate examinas, ne levissimum quidem discrimen intercedit. (*Hochst.*)

**) Congruit cum descriptione plantae masculae a *Kunthio* juxta specimen *Lalandianum* exarata, sed quaeritur, num planta nostra mascula vere ducenda sit ad *Restionem* *thyrseferum* *Rottb.* (*Elegiam* — *Pers.*), qui foeminam delineavit nec marem vidit (contra *Kunthium*, qui in *Enum.* T. III. p. 466. plantam a *Rottboellio* descriptam et delineatam masculam esse notavit, quod ex errore typographico in opere *Rottboellii* factum esse videtur, ubi p. 8. ad *R. thyrseferum* fig. 1. tabulae III. citatur, loco fig. 4.). Bracteolae in planta *Lalandiana* et nostra suborbiculares, in figura et descriptione *Rottboelliana* lanceolato-subulatae; pari modo sepala differunt, quae in planta nostra mascula et *Lalandiana* (a *Kunthio* descripta) ovata obtusa (interiora duplo longiora), in figura *Rottboellii* lineari-lanceolata acutissima (interiora paulo breviora). Num tanta in perianthii fabrica inter marem et foeminam differentia? *Kunthius* foeminam juxta specimina *Dregeana* describit a figura *Rottboellii* quoad flores alienam; haec melius cum planta nostra mascula floris fabrica convenit. Ab *Elegia* juncea, quam *Linnaeus* unimodem describit, nostra planta articuliculi pluribus differt; hinc verosimiliter nova species a *Kunthio* cum *E. thyrsefera* *Pers.* confusa, et mihi *Elegia Kraussii.* (*Hochst.*)

foliis pollicaribus, subensiformibus, fenestrato - septemnerviis (nervis marginalibus computatis) subpellucidis, scapo subsolitario semipedali vaginaque glabris, hac folium superante (subduplo longiori) apice trifida, illo septangulati; capitulo globoso, granum pisi adaequante, bracteis involucriantibus ovato - oblongis subacutis, atroviridibus, flores stipantibus similibus, versus basin angustatis et ad apicem pilos aliquot albos crassiusculus exserentibus; floribus inferioribus foemineis, superioribus et summis masculis hexandris; sepalis omnium exterioribus liberis, naviculari-concavis, versus basin attenuatis, intense viridibus, reticulatim subdiaphanis, tribus interioribus foeminae distinctis spathulato-oblongis, albis, reticulatim diaphanis, glabris, puncto atro glandulari infra apicem obtusissimum notatis, sepalis tribus interioribus maris basi in tubum connatis, ad apicem obtusum piligeris (pilis albis opacis crassiusculis), antheris bilocularibus albidis. (Hochst. *)

Xyrideae Kunth.

141. *Xyris capensis* Thunb. — In locis humidis planitie inter fl. Umlaas et Natalbai, Nov.

*) Duas alteras species africanas nondum descriptas hic subjungo:

Eriocaulon Dregei Hochst. (pfl. Dregei Capenses nr. 4101.)

Acaule, foliis ensiformibus, 3—4-pollicaribus, fenestrato-multinerviis subpellucidis (nervis 11—13). pedunculo vaginaque glabris, hac bifida foliis vix breviori, illo pedali vel altiori, septangulati; capitulo globoso, pisi majoris magnitudine, receptaculo piloso, bracteis involucriantibus ovato-oblongis acutis, flores stipantibus spathulatis glabris; floribus inferioribus foemineis, superioribus masculis; sepalis maris exterioribus spathulatis, viridulo-griseis, nigro punctulatis, postice connatis, apice pilosis, pilis albis crassiusculis, calyce interiore tubuloso profunde trifido, lobis albis obtusis valde pilosis (pilis crassiusculis), lobo antico majori, staminibus sex, antheris nigris, pistilli rudimento tubercula tria exserente; sepalis foeminae exterioribus interioribusque liberis, illis viridulo-griseis, basi intus tenuiter, apice crassiuscule pilosis, his albis supra medium intus puncto nigro notatis, stylo trifido. — Ad E. borbonicum Willd. accedere videtur, sed pluribus notis diversum. — In Africa australi a Dregeo lectum est.

Eriocaulon abyssinicum Hochst. (in pfl. exsicc. Un. it. ex Schimperii itin. Abyss. nr. 1944.)

Acaule, foliis paucissimis (saepe nullis), 1—2-pollicaribus, angustissimis, fenestrato-trinerviis; pedunculis (scapis) pluribus, 3—4-pollicaribus, vaginisque glabris, his folio duplo brevioribus, illis triangularibus; capitulis sphaericis parvulis (grani piperis magnitudine), bracteis involucriantibus ovatis, flores stipantibus paulo minoribus versus basin angustatis; floribus plerisque foemineis, summis paucis masculis, sepalis omnium glaberrimis, exterioribus lanceolatis, versus basin angustatis, griseis punctatisque; sepalis floris foeminei interioribus distinctis, linearibus, albidis, stylo trifido; calyce maris interno tubaeformi, staminibus sex limbo insertis, antheris nigris. (Hochst.) — In planitie montanae Schire paludosis d. 10. Oct. 1840 legit W. Schimper.

Junceae Juss.

Prionium palmitis E. Mey. (*Juncus serratus* Thunb.) — Ad ripas fluvii Palmiet, Swellendam, Nov.

Juncus capensis Thunb. α . latifolius E. M. — Ad ripas fluvii Umlaas, Natal, Octobr.

J. cephalotes Thunb. (*J. capensis* β . angustifolius E. M.) — Ad ripas fluvii Zonder Ende, Swellendam, Nov.

J. ceph. var. scapo foliisque elongatis anthelaque flaccidis (*J. sulcatus* Hochst. in schedulis scriptis). — Ad rivulos in Zitzi-kamma, Mart.

J. ceph. var. minimus. — In arenosis planitiei capensis.

J. plebejus R. Br. (*Juncus bufonius* L. var. fasciculatus major in schedulis scriptis). — In uliginosis planitiei capensis.

n. sp. *J. Kraussii* Hochst. (in schedulis scriptis ex parte sub nomine *J. maritimi*).

Rhizoma horizontale repens crassum; culmi steriles fertilesque $1\frac{1}{2}$ —2-pedales, basi vaginis vestiti, ceterum nudi sulcato-striati, pungentes, vaginae infimae squamaeformes, ex reliquis una alterave plerumque foliifera (folio tereti subulato pungente); panicula decomposita, $2\frac{1}{2}$ —4-pollicaris, terminalis, erecta, bracteis duabus (foliis floralibus seu involuero) pungentibus involucreta; bractea inferior plerumque paniculam aequans vel superans, superior multo minor (vix pollicaris); paniculae rami ramulique contracti, flores lucidi in capitula bracteolata subsessilia plerumque 5—9-flora (rarius 3-flora) conglomerati, sepala tria exteriora lanceolata pungenti-acuta, interiora vix breviora, apice membranacea obtusa; stamina sex monadelphica (basi dilatata inter se penitus connata); capsula perianthium aequans, ovata, triquetra, subito in acumen mucronatum paulisper producta; semina atrobrunnea funiculo et appendiculo brevissimis instructa.

Habitat in dunis planitiei capensis et ad ripas e. gr. fl. Notsikamma, ubi Dr. Krauss legit, nec non in montis Diaboli parte inferiori, ubi lectam habemus ab Ecklonio in hb. Un. itin. sub n. 901.

Species ab auctoribus cum *Juncus maritimo* L. confusa ut videtur (e. gr. Kunthius in Enum. pll. t. III. *Juncum* n. 903 herb. Eckloniani ad *J. maritimum* L. citat — forsan omnia ex Cap b. spei sub nomine *J. acuti* vel *maritimi* allata specimina huc pertinent), sed egregie differt a *J. maritimo* vero (europaeo) sulcis inter strias culmi profundioribus, paniculae habitu longe alio, scilicet contracto, capitulis sessilibus vel brevissime pedicellatis plurifloris, floribus lucidis minoribus, staminibus basi late monadelphis, capsula

*) *Juncus plebejus* R. Br. a *J. bufonii* L. var. fasciculiflora aegre discernendus, attamen separandum esse censeo, sed pari jure *J. foliosus* Desf., qui a pluribus auctoribus *J. bufonio* adjungitur propriam speciem sistit. *Junci bufonii* limites nuperrime nimis extendi videntur.

minori ovata subito mucronato-acuminata, et seminibus intense brunneis (fere nigris), appendiculo brevissimo.

In *J. maritimo* vero (planta europaea et arabica) panicula elongata, laxa et longior (5—10-pollicaris), florum capitula 2—3-flora, longiuscule pedicellata (pedicelli semipollicares vel longiores), flores opaci pallidiores, stamina basi vix connata, capsula non ovato-sed elliptico-trigona, brevius nec subito acuta, semina luteola, funiculo et appendiculo multo longioribus praedita. Hinc de differentia specifica dubitari nequit. Paniculae habitu propius ad *J. acutum* *L.* accedit, sed capsula diversissima. (*Hochst.*)

Palmae Juss.

82. *Phoenix reclinata* *Jacq.* — Ad sylv. margines per totam terram natalensem, Dec.

Commelineae R. Br.

1460. *Commelina africana* *L.* — In collibus prope fl. Breede, Zwelldam, Jan.

n. sp. 1461. *C. ?* — In sylvarum umbrosis prope fl. Knysna, Februario.

s. n. *C. ?* — In solo arenoso prope fl. Kromme R., Uitenhage, Martio.

s. n. *C. ?* — In graminosis prope Natalbai, Dec.

Alismaceae DC.

Aponogeton angustifolium *Ait.* — In stagnantibus Rietvalley in planitie capensi, Junio.

1605. *A. distachyon* *L.* — In stagnantibus planitiei capensis, Julio.

1604. *A. Kraussianum* *Hochst.* — (*A. leptostachyus* *E. Mey. ?* nondum descriptus). — In stagnantibus ad radicem m. Winterhoek, Uitenhage, Majo.

Folia longissime petiolata, natantia, oblongo-elliptica, 7—9-nervia (nervo medio triplici), acuta, basi subcordata; spica bifida (ut dicunt; potius spicae in apice scapi geminae), involucreo caduco, bracteis oblongis, obtusis, flore brevioribus, solitariis vel geminis, albidis; stamina plerumque sex, antherae flavae, ovaria 3—5 (rarissime sex), demum globosa, cornuta. — Genus *Aponogeton* non ad *Saurureas* sed ad *Alismaceas* pertinere nuper in *Ann. d. sc. nat.* 1844 docuit *Planchon.* (*Hochst.*)

Juncagineae Rich.

1398, 1399, 1400. *Triglochin bulbosum* *L.* — In locis humidis ad m. Tigerberg et prope fl. Knysna, Aug.—Dec.

Typhaceae.

Typha latifolia *L.* — Ad ripas fluv. natalens., Dec.

Aroidae Juss.

Zantedeschia aethiopica Willd. — In fossis per totam coloniam, Julio — Dec.

34. *Pistia Stratiotes L.* — Natans in fl. Umlaas, Natal, Dec. n. sp. 1601. *Lemna ovata A. Braun.* — In stagnantibus, Zitzikamma, Mart.

Najadeae.

1600. *Zannichellia pedunculata Reichenb.* — In stagnantibus ad fl. Zwartkop, Uitenhage, Aprili.

70. *Zostera marina L. β. minor Mertens.* — In Natalbai.

1233. *Potamogeton fluitans Roth.* — In stagnantibus in Langekloof, George, Febr., Mart.

P. crispum L. — In Umgani-Valley, Natal, Dec.

P. marinum L. ? — In stagnantibus Zoetendalsvalley, Zwelendam, Dec.

(Continuabitur.)

Kleinere Beiträge zur Kunde der schwedischen Flora; zusammengestellt von Dr. C. T. BEILSCHMIED.

Beitrag zu Gottland's Flora; von Carl Fr. Nyman.

[Von dieser, in den schwed. *Vetensk.-Acad.-Handl. för aor 1840*, S. 123—151. stehenden Abhandlung gibt Dr. Lindblom in s. *Bot. Notiser 1842*, *Lit.-B.*: Sept., folg. Anzeige u. Auszug:]

Noch immer bietet diese südschwedische Insel jedem sie besuchenden Botaniker etwas Neues zum Auffinden. Herr Nyman machte i. J. 1840 eine botanische Wanderung rings um dieselbe und entdeckte dabei mehrere für ihre Flora noch neue Pflanzen, selbst eine für Schweden noch ganz neue (eine *Iris*, die er, mit Zweifel, weil sie schon verblüht war, zu *I. germanica* zieht). Von dieser Reise gibt er hier Nachricht und zwar zuerst ein kurzes Tagebuch über den Gang derselben mit Nennung der interessantesten Pflanzen bei jeder Stelle, darauf eine numerische Uebersicht des Bestandes der Flora nach natürl. Familien, zuletzt ein Verzeichniss solcher Gewächse, die entweder in Säve's *Synopsis Florae Gottlandicae* (Ups., 1837; Ausz. s. im Wikst.-B.—d'schen bot. Jahresb. üb. 1837) nicht stehen, oder wofür es neue Fundorte anzumerken gab. Ref. [Lindbl.] will hier nur die nach nat. Familien geordnete Zahlenliste der gottländ. Gewächse aufnehmen, in welcher übrigens sowohl Familien als Arten ganz in der

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1845

Band/Volume: [28](#)

Autor(en)/Author(s): Krauss Christian Ferdinand Friedrich

Artikel/Article: [Pflanzen des Cap - und Natal-Landes 337-344](#)